



Hervicus magnæ eruditionis & pietatis uir Sabonæ Noricorum episcopus extitit. eam ecclesiam cum per aliquot annos optimè administrasset, tandem eius regionis, procerum consilio, suam sedem Brixiam transtulit, quæ decem millia passuum à Sabona distat. Accidit id circa annum Domini 1038. Id oppidum Hervicus mœnibus cinxit, atq; posthac Brixinensis quàm Sabonensis præsul dici maluit. Id quod Conradus Cæsar & Benedictus nonus eius nominis Pontifex approbavit. Itaq; Hervicus eo loco magna gloria præfuit, atq; singulari prudentia eius ecclesiæ munia obiuit. Tandem moriens, Brixia sepelitur, & in noua ec-

clesia sepultus quiescit. Auent. lib. 5.